



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 3. De Nominibus Græcorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

phassa coniugeres filios suscepit, filiam vnam.

condi-		AGAVE, quæ Echioni data.								
dit		SEMELE, quæ ex Ioue BACCHVM genuit.								
PHOENIX, cuius filiam Europam vocat Conon. Ab eo di-										
cti Phœnices, qui toti Asiæ tunc imperarunt, sede Imperij										
Thebis Ægypti constitutâ.										
CILIX, vnde dicti Cilices.										
EVROPA à Ioue rapta, &c.										
A P- PEN- DIX AD FAMILIAM CAD- MI		NYC-TEVS		NYC-TEIS		LABDA-CVS		LAIVS cui rapuit Lycus Imperium.		
		ex Eu- bzâ		A N- TIOPA				Z E- THVS		à Bubulco educati & matris vltores in Dirce coniuge Lyci.
		venit cum fratre		cui de Ioue nati				A M- PHION		
		Lycvs frater Nyctei		Duxit vxorem Dircen; nepotisque sui Laij regnum inuasit. Cepit Antiopam Epopæo nuptam quam malè multauit Dirce. Hunc interfecere Zethus, & Amphion, Dircen ad Taurum indomitum alligarunt.						

N V M. 3. De nominibus Græcorum.

PRIMVM nomen est, quod postmodum cæteris prælatum est, Græcos appellat Γραικός; Nicolaus Gerbelius à quodam Rege sic dictos ait, sed auctorem non laudat: Suidas à Pago sic vocatos putat. Meminit eius nominis Lycophron in Cassandrâ, vbi Achilles Γραικῶν ἀετός dicitur; meminit & Aristoteles in Politicis, vbi ait iuxta Phthium populos esse Γραικός καλεμένους. Idem porro, vt colligitur ex Thucydide in proœmio Historiæ suæ, dicti quoque sunt Ἕλληνες, & inde probat quod soli Comites Achillis, nempe ex Phthiotide adducti πρώτοι Ἕλληνες ἦσαν. Nomen autem vtrumque deinde Thessaliæ communicatum est; postea transit in Achaïam, Peloponnesum, Insulas maris Ægæi, ac demum in Asiæ Minoris partem, colonis eò ex Europâ traductis.

SECUNDVM igitur nomen est HELLAS, cuius populi Ἕλληνες ab Hellene filio Deucalionis, de quo in Græcorum origine. Qui-

dam ab Hellene Gigante, quem à Iaphet deducunt: Eustathius, ab Hellade ciuitate Theſſaliæ, quæ nulla erit alia quàm Phthiotis; hinc enim ciuitas non pro vrbe, ſed pro populo ſumitur.

TERTIVM: ACHAIA, vnde populi Achæi, ab Achæo Æoli filio ex Creuſâ filiâ Erechtaï. Is enim cæde ſuorum contaminatus in Theſſaliam profugit, & Theſſalos de ſe Achæos dixit; Homerus 3. Iliad. *Ἀχαιοὶ καλλιγυνῶντα.*

QVARTVM: DORIS incolæ *Dores*, vnde Poëtis *Dorica Caſtra*, hoc eſt Græca: à Doro filio Hellenis.

QVINTVM: ARGOS & ARGIA, ita Didymus in 18. Odyſſeæ, quò ſpectat & illud Maronis 2. Æneid.

Ferus omnia Iupiter Argos tranſtulit,
hoc eſt in partes Græcorum. Porro *Argiui* dicti, ab Argo Apidis, & Niobes filio.

SEXTVM: dicti ſunt Græci DANAI à Danao Ægypti fratre, filio Beli, qui Argiuos de ſe Danaos dixit, quâ voce Latini Poëtæ frequentius vtuntur.

SEPTIMVM: PELASGI à Pelasgo nomen habent, qui primus Arcades ad molliorem vitam tranſtulit; nam & tuguriola primus excogitauit, & tunicas ex corio aptauit, & cibos exquisitiores herbis ſuppoſuit, vt ait Pauſanias in Arcadicis.

Cætera nomina vt Dolopes Myrmidones, *quis talia ſando Myrmidonum Dolopumve,* &c. Poëtica ſunt, apud quos pars ſæpe pro toto ſumitur; vel ſanè Epitheta, quorum hæc duo ſæpe Homerus uſurpat *ἑλίκωπες & καρπηκόμοι.*

ἑλίκωπες, inquit Eustathius ad primum Iliados dicti ſunt, vel quòd peritè remos impellerent, vel quòd omnium oculos in ſe conuerterent *ἀξιοθέατοι*, vel quia aſpectu truci, & minimè languido, vel quia ad Helicen, ſeu Maiorem Vrfam nauium curſum dirigèrent, cùm Phœnices in minorem ſefe conuerterent: vnde Ouidius 3. Faſt. cecinit

Effè duas Arctos quarum Cynosura petatur

Sidonis, Helicen Graia carina notat.

Καρπηκόμοι bene comati, & vt venuſtiores eſſent, & hoſtibus magis terribiles. Vide reliqua in Curetibus & Acarnanis, de quibus ſuprà.